vigore regio et nostri Capitulis et officii ut pro omnibus
iniuriis inter vos quoque habitis et exortis non vi nec vio
lencia aliqua sed iure mediante expetiamini sub eodem
vadio seu vadiis centum et viginti marcarum pecunie communis
nobis pro una medietate parti vero tenenti et satisfa
cienti pro altera ad solvendum succumbere irremissibi
liter ut vero aliqua parum de eodem nostro Capitulo vadio
ignorancia aliqua hic pretendatur Mandamus ut
castrum Capitulum Premisliensem inscribi mandavimus et
in domum ac in domos unius cuiusque vestrum importari
per certum nostrum Premisliensem iussimus Ut nunc ut te
stimonium sigillum nostrum Capitulum castrum Premisliensem
presentibus est impressum Actum et datum in castro Premisliensi
feria secunda post festum Sancti Mathei apostoli proxima anno domini 1566

## Oblatio litterarum mandati S R Mtis pro parte Dembiensky ad Lutomirsky

Oblate sunt litterae mandati Sacre Regie Mtis sub titulo et
sigillo eiusdem obsignatae ad officium et acta prima castrum
Premisliensem ex parte nobilis Joannis Dembienski advocati
in villa Dembina ad Quirinum Balthazarum Lutomyr
ski tenutarium Lezaiscensem quas litteras petiit ad acta prima
castrum Premisliensem inscribi et actari quod officium admisit
quarum litterarum tenor sequitur et est talis
Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae magnus
Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiaeque etc. dominus
heres
Quirino Balthazaro Lutomyrski tenutario nostro Lezaiscensi
fideli nobis dilecto in absentia eius locum tenenti gratiam
nostram regiam Quirinae fidelis nobis dilecte relatum est
ad nos gravi in querella nomine nobilis Joannis Dembien
ski advocati nostri in villa Dembina tenute Fratrum et Annae
coniugis suae interdixisse Fratrum et percepisse colonos eiusdem
villae nostrae Dembina ne darent ipsi et retenta et quae
proxime iminet sextam partem census nostri quam ipse
et eius antecessores ex privilegio ipsius advocatae ab
antiquis temporibus semper percipiebant eiusque in possessione
libera et continua extiterant interdixisse ipsi debitam
obedientiam nostram novam tabernam in eadem villa contra
privilegium eiusdem advocatae iacturam gravamen et praeiudi
cium atque supplicatum est nobis ut ipsi hac in parte de re
medio nostris et iustitiae opportuno prospicere dignaremur
Cum vero nostra maxime interest et id proprium muneris nostri
existat quoque in suo iure non modo conservare sed etiam
tueri et ab oppressione vindicare itaque mandamus sexto
Fratrum ne villa ratione et praetextu in percipiendo sexto partis
dicti census praenominatum advocatum nostrum molestet sed
ea ipsum ac iurisdictione consueta in colonos poterit permittat
ac tabernam noviter contra privilegium advocati instituta
deiciat ac in toto advocatum ipsum nostra nostra et prin
legia eius conservet et alter pro gratia nostra suoque debito non
facturus sub gravi indignatione nostra datum Lublini

die xvj Septembris Anno domini M D LXVI regni nostri XXXVII
ad mandatum Sacre Regie Mtis proprium



## Oblata litterarum Sacre R Mtis sublacionis pro parte Komarnicky

Oblate sunt litterae sublacionis Sacre Regie Mtis sub titulo
et sigillo Sacre Regie Mtis communite ad officium et acta prae
sentia castrum Capitulum Premisliensem ex parte nobilis Wasko
Komarnyczky quas litteras affectavit in acta prima inscribi
et actari officium visa et audita affectatione praefati Wasko
Komarnyczky easdem litteras in acta prima castrum Premisliensem
actare et inscribere admisit quarum litterarum tenor est talis
Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae magnus dux
Lithvaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiaeque etc. dominus et heres
Significamus tenore praesentium quorum interest universis et
singulis supplicasse nobis certos consiliarios nostros ut Ban
nicionem nobilis Waskonis Komarnyczky in qua incidit
quod poenam legitimam sessionis turrice subterfugeret quam
sustinere debebat ratione cedis patratae in nobilem olim Wa
skonem Wiesaczinski quandoquidem hic ipse nunc eam poenam
legitimam sustinere paratus sit modo id secure et absque peri
culo vitae quod ei ex hac banicione oriri posset facere valeat
sublevari atque rationem duceremus prout eam sublevamus et
reicimus praesentibus ea condicione ut hic ipse quam primum appor
tunitas tulerit crimen hoc expiet hancque poenam legitimam sessio
nis turricae plene subeat procul omni periculo ac metu
tam initio quam intermedio tempore vigore huius nostrae sublevationis
banicionis solutus quam etiam banicionem postmodum
quam primum debito tempore et loco plene huic sessionis turrice
legitime poenae satisfecerit abrogamus et relaxamus praesentibus
litteris nostris perpetuo ab eadem eum absolutum et liberum atque eam
cum ipsi tum successoribus eius nihil bonae famae haberi existi
mationi derogare neque ad nostra libertates et praerogativas
nobilium regni illi ipsi nocere posse declaramus praesentibus litteris
nostris quibus in fidem sigillum nostrum est appressum da
tum Lublini XXIIII Augusti Anno domini M D LXVI Regni
vero nostri XXXVII Petrus Myskowski Regni Poloniae vicecanc
cellarius decanus Cracoviensis Cancellarius Lancicensis
postquamquidem litterarum reproductione ac insertione ex parte
praefati Komarnyczky petitum esse ipsi per officium per officium
addi et deputari ultimum terrestrem ad publicandum praeinsertas
litteras sublacionis banicionis iuxta continentiam earundem
Et officium castrum Premisliensem visa et audita iusta petitione
ex parte ipsius facta in hereditatem litteris praeinsertis Sacre
Mtis Regie ipsi ultimum terrestrem providum Thymotheo Jule de sub
castro Premisliensi ad praemissa pagina addidit Quinquidem Mtis
providus Thymotheo Jule personaliter coram officio castrum Capitulum
Premisliensem et actis praesentibus stans ius suum reddens pu
blice recognovit quia iuxta sui deputationem pro tempore